

Præfatio Communis

Vere dignum et iustum est, æquum et salutære, nos tibi semper et ubique grátias agere: Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus: per Christum, Dóminum nostrum. Per quem maiestátem tuam laudant Angeli, adórant Dominatiónes, tremunt Potestátes. Coeli coelorúmque Virtútes ac beáta Séraphim sócia exsultatióne concélebrant. Cum quibus et nostras voces ut admitti iubeas, deprecámur, súpplīci confessione dicéntes: Sanctus.

Communio

Feci iudícium et iustítiam, Dómine, non calumniéntur mihi supérbi: ad ómnia mandáta tua dirigébar, omnem viam iniquitátis ódio hábui. (Ps 118:121; 118:122; 118:128)

Postcommunio

Divíni múneris largitáte satiáti, quæsumus, Dómine, Deus noster: ut, intercedénte beáta Bibiána Vírgine et Mártyre tua, in eius semper participatióne vivámus.



BENDROJI PREFACIJA

Tikrai verta ir teisinga, reikalinga ir išganinga, mums visada ir visur Tau dėkoti, Viešpatie, šventasis Tėve, visagali amžinasis Dieve, per Kristų mūsų Viešpatį. Per Jį Tavo didybę šlovina angelai, garbina Viešpatystės, dreba Galybės. Dangūs ir dangiškosios kariaunos, taip pat ir palaimintieji serafimai vieningu džiūgavimu drauge aukština. Prašome, liepk, kad į jų tarpą būtų priimti ir mūsų balsai, su nuolankiu išpažinimu tariantys: Šventas.

KOMUNIJA

Aš laikiausi teisybės ir teisingumo, Viešpatie, tegu neslegia manęs puikieji. Aš laikiausi visų tavo paliepimų ir nekenčiu kiekvieno nedoro kelio. (Ps 118:121; 118:122; 118:128)

POSTKOMUNIJA

Pasotinti dieviškomis dovanomis, meldžiame, tave Viešpatie, mūsų Dieve, kad Mergelės ir Kankinės, šv. Bibijanos užtarimu visuomet būtume Mišių aukos dalininkais.

Proprium Missæ

S. Bibianæ Virgínis et Martyris

ŠV. BIBIJANA MERGELĖ IR KANKINĖ



Introitus

Me expectavérunt peccatóres, ut pérderent me: testimónia tua, Dómine, intelléxi: omnis consummationis vidi finem: latum mandátum tuum nimis.

Ps. Beáti immaculáti in via: qui ámbulant in lege Dómini. (Ps 118:95-96, Ps 118:1)

Collecta

Deus, ómnium largítor bonórum, qui in fámula tua Bibiána cum virginitátis flore martýrii palmam coniunxísti: mentes nostras eius intercessióne tibi caritáte coniúnge; ut, amótiis perículis, præmia consequámur ætérna.

INTROITAS

Nusidėjėliai kėsinasi mane pražudyti, bet aš gilnuos į tavo įsakus, Viešpatie. Aš mačiau galą kiekvieno dalyko, bet tavo įsakymai kilniausi.

Ps. Laimingi, kurių kelias be priekaišto, kurie gyvena pagal Viešpaties mokymą. (Ps 118:95-96, Ps 118:1)

KOLEKTA

Dieve, visokio gėrio šaltini, tu papuošei savo tarnaitę Bibijaną skaistybės gėle ir kankinės vainiku. Patrauk mus, jos užtariamus, prie savęs, kad, nugalėję visas kliūtis, pasiektume amžinąjį atlygį.

Lectio

Lectio libri Sapiéntiæ (Eccli 51:13-17)
Dómine, Deus meus, exaltásti super terram habitatiónem meam, et pro morte defluénte deprecáta sum. Invocávi Dóminum, Patrem Dómini mei, ut non derelínquat me in die tribulatiónis meæ, et in témpore superbórum sine adiutório. Laudábo nomen tuum assidue, et collaudábo illud in confessiône, et exaudíta est orátio mea. Et liberásti me de perditióné, et eripuísti me de témpore iníquo. Proptérea confitébor et laudem dicam tibi, Dómine, Deus noster.

Graduale

Adiuvábit eam Deus vultu suo: Deus in médio eius, non commovébitur.
V. Flúminis ímpetus lætíficat civitátem Dei: sanctificávit tabernáculum suum Altíssimus. (Ps 45:6; 45:5)

Alleluia

Alleluia, alleluia.
V. Hæc est Virgo sápiens, et una de número prudéntum. Alleluia.

Evangelium

Sequéntia sancti Evangélii secundum Matthæum (Matth 13:44-52)
In illo témpore: Dixit Iesus discíplis suis parábolam me: Símile est regnum coelórum thesáuro abscondito in agro: quem qui invénit

LEKCIJA

Skaitinys iš Išminties knygos (Išm 51:13-17)
Viešpatie, mano Dieve, tu aukštinau mano buveinę žemėje, kai aš meldžiau išvaduoti nuo ateinančios mirties. Aš šaukiaus Viešpaties, mano Viešpaties tėvo, kad nepamestų manęs mano sielvarto dieną ir nelaimės metu nepalikytų be pagalbos. Aš nuolat šlovinsiu tavo vardą ir skelbsiu jį su dėkojimu, nes mano malda buvo išklaudyta. Tu išvadavai mane nuo pražūties ir išgelbėjai iš neteisybės laiko. Todėl aš dėkosiu ir šlovinsiu tave, Viešpatie, mūsų Dieve.

GRADUALAS

Dievas jai padeda savo veidu, Dievas jos viduje, todėl ji nesvyruos.
V. Upės srovė linksmina Dievo miestą, šventąją Aukščiausiojo buveinę. (Ps 45:6; 45:5)

ALELIUJA

Aleliuja, aleliuja.
V. Štai išmintinga mergelė ir viena iš protingųjų skaičiaus. Aleliuja.

EVANGELIJA

Šventosios Evangelijos pagal Matą tęsinys (Mt 13:44-52)
Anuo metu Jėzus kalbėjo savo mokiniams palyginimais: „Su dangaus karalyste yra kaip su dirvoje paslėptu lobiu. Atradęs jį, žmogus niekam

homo, abscondit, et præ gaudio illius vadit, et vendit universa, quæ habet, et emit agrum illum. Iterum simile est regnum coelorum homini negotiadori, quærenti bonas margaritas. Inventa autem una pretiosa margarita, abiit, et vendidit omnia, quæ habuit, et emit eam. Iterum simile est regnum coelorum sagænae, missæ in mare et ex omni genere piscium congreganti. Quam, cum impléta esset, educéntes, et secus litus sedéntes, elegérunt bonos in vasa, malos autem foras miserunt. Sic erit in consummatione sæculi: exhibunt Angeli, et separábunt malos de médio iustorum, et mittent eos in caminum ignis: ibi erit fletus et stridor dentium. Intellexístis hæc omnia? Dicunt ei: Etiam. Ait illis: Ideo omnis scribe doctus in regno coelorum similis est homini patrifamílias, qui profert de thesáuro suo nova et vétera.

Offertorium

Diffúsa est grátia in lábiis tuis: proptérea benedíxit te Deus in ætérnum, et in saeculum sæculi. (Ps 44:3)

Secreta

Hóstias tibi, Dómine, beátæ Bibiánæ Vírginis et Martyris tuæ dicátas méritis, benígnus assúme: et ad perpétuum nobis tríbue proveníre subsidiúm.

nesako; iš to džiaugsmo eina, parduoda visa, ką turi, ir perkasi tą dirvą. Vėl su dangaus karalyste yra kaip su pirkliu, ieškančiu gražių perlų. Atradęs vieną brangų perlą, jis eina, parduoda visa, ką turi, ir nusiperka jį“. „Ir vėl su dangaus karalyste yra kaip su ežeran metamu tinklu, užgriebiančiu įvairiausių žuvų. Kai jis pilnas, jį išvelka į krantą, susėda ir surenka gerąsias į indus, o netikusias išmeta. Taip bus ir pasaulio pabaigoje: išeis angelai, išrankios bloguosius iš gerųjų ir įmes juos į žioruojančią krosnį. Ten bus verksmas ir dantų griežimas. Ar supratote visa tai?“ Jie jam sako: „Taip“. Tuomet jis tarė: „Todėl kiekvienas Rašto aiškintojas, tapęs dangaus karalystės mokiniu, panašus į šeiminką, kuris iškelia iš savo lobyno naujų ir senų daiktų“.

OFERTORIUMAS

Gerumo sklidinios tavo lūpos, todėl Dievas tave palaimino amžinai ir per amžių amžius. (Ps 44:3)

SEKRETA

Tau skirtas aukas, Viešpatie, dėl tavo Mergelės ir Kankinės, šv. Bibijanos nuopelnų, maloningai priimk ir suteik mums nuolatinę pagalbą.